



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De q[ua]litate & co[n]ditione mentis humanæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

ficareque studeas: quatenus sic pura & nuda, et  
 soluta atque sincera effecta, diuinitatis capaci-  
 sis: ardeatque in interiori affectu tuo diuinus amor  
 tanquam in seraphin; in intellectu aeterna sapien-  
 tia splendeat, sicut in cherubin: & ipsa quoque  
 memoria deum benedictum in se comprehen-  
 dat, complectatur, ac teneat, ad instar the-  
 rum. Scio dilecte mi mentis tuae affectum, et  
 qua sanctitatis, virtutumque zelo anima tua vni-  
 nerata sit: ideo quod tibi ad huius desideratae per-  
 fectionis adeptionem, amplius conferre valeo  
 tibi mihique ut queo conscribam. Denique quia  
 factum tuum in vno, vero, summoque bono  
 libere affectas: ea duntaxat scire & legere cupis,  
 per quae affectus tuus in creatore suo, ardeat  
 atque stabilior effici queat. Ideoque non rethorice  
 quæris eloquij flores, neque verborum multitu-  
 nem diligis, nec curiosa subtilitate lætaris: sed  
 pendiosum aliquod, quod menti facilius im-  
 mi, firmitusque possit teneri. Quod & ego  
 bo ut valeo, nedum tibi, sed mihi quoque  
 ipsa conscribens, quatenus quorum affectio  
 na est, studium ac labor conformes sint:

De qualitate & conditione mentis hu-  
 manæ.

Art. I.



QVO natura entis dignior est  
 simplicior, eo actio eius vniformis  
 firmiorque consistit. Vnde cum  
 na natura præstantissima sit, et  
 tas pura: omnis eius actio vniformis  
 est, & simplex, incommurabilis, & per-  
 etna. Operatio autem angelicæ mentis, æu-  
 furatur, & diuinæ simplicitati amplius con-  
 matur. Porro rationalis anima, quoniam in vniformi  
 uecturatur

ueritate intellectualium substantiarum infima est: secundum naturam maxime instabilis est at-  
volubilis, neque in vno fixa manet, sed nisi custo-  
diosissima affit custodia, vndiq; incessanter va-  
gatur, nec aeterno illi immensoq; bono est inten-  
ta, quinimo difficulter ad ipsum erigitur, facili-  
ter vero atque repente ab ipso recedens elabit.

Cur hō qđ  
que adeo  
instabilis  
sit,

Quomodo gratia dei sit causa, atque origo  
omnis meritoria operationis in nobis.

Art. I I.



Vuemadmodum naturalium ope-  
rationum principium natura est: sic  
gratia diuina meritoriarum omnium  
actionum causa est. Et sicut vnum  
quodque eo naturalē suam operationē  
expeditius fortiusq; exercet, quā fue-  
rit in ipso propria sua natura vigorosior, atq; vi-  
uacior: sic mens humana, quā in ea gratia dei maior  
ac plenior fuerit, eo diuinis incessabilius intende-  
re valet, & quae diuina sunt atque salubria, dele-  
ctabilius & indefinenter implet. Dū vero in se-  
metipsa, vel gloriari, aut confidere inchoat: pro-  
tinus cadit. Deniq; gratia dei gratis infunditur,  
infusa aut per sacras meditationes, & operatio-  
nes bonas conseruatur, nutritur, incalescit atq; re-  
dundat. Si vero negligentes, segnesq; fuerimus,  
mox vbi minuitur, aut penitus perit: quā mortalis  
culpa eā extinguit, venialis aut debilitat. Ideoq;  
qui puritati studet, & gratiam dei in se conserua-  
ri, augeriq; optat: summa eget custodia, ac solerti  
labore, quia qui gratiam dei in se non auget, neces-  
sario in breui eam minuit. Propterea sincere ac  
fructuose conuersari desiderans, si non minimas cul-  
pas uitet, doleat, & emendet: earundemq; insu-

Vnde gra-  
tia vel mi-  
nuat aut  
prorsus ex-  
tinguatur